Et iudicium praeueniebat reorum exitus. rapiebantur par
sim ad supplicium quos aliqua incesserat suspicio. feruebant ca
lumniae. multi uolentes regi placere deferebant reos. sed
ilico etiam ipsi qui alios detulerant deferebantur et cum reis
suis deducebantur ad locum poenae. Ita efferuerat herodes
in uniuersos. ut si aliquis superesse suspectus foret. aliter
rex non putans esse tutum nisi genus deficeret humanum.
in simulatis inreconciabilis. amicis incredulus. familiaribus su
perbus. immitis reis. pauidus ad omnia. ut crebro sedes muta
ret. nocte itinere somno duceret. quib; omnib; exasperatus
repente alexandrum alligatum uinculis saepsit custodiis.
et amicos eius in quaestionem uocauit. qui negabant inter
supplicia moriebantur. rursus tacentes quia nihil quod esset
suspicionib; consentaneum confitebantur. usq; ad mortem su
premam exulcerati. tamen aliqui ui tormentorum et poe
narum uicti acerbitate. propositum adulescentib; asserere
33 bant. ut uenationi intentum occiderent patrem. et ad urbem
romam sine mora pergerent. ut effugio poenam eluderen
tur. quod etsi nullo argumento fulciebatur. tamen ad
solacium studii ferocis desiderabat pater. uolens uinculorum
filii causas iustas habere. Considerans itaq; alexan
der obseruatas aures patris ad omnem sui defensionem
nec ullo modo rem posse deduci ut de innocentia sua prae
sumeret qui tantis calumniarum molib; appeteretur.
similiarte nequissimis delatorib; occurrendum putauit. ut
fraudulentos et calumniae machinatores dolis circumue
niret atq; in calumniam reos uocaret. quorum se calumniis
urgeri credidit. Scripsit igitur quattuor libellos quib; in
commentum sceleris quo paternam salutem appeteret
confiteretur. atq; insidiarum huiusmodi conscios. plerosq;
eorum a quib; ipse appeteretur exposuit. atq; hisdem scriptis
libellis. praecipue feroranet salomen. quod ea quoq; in
irrupisset nocte inrupto adulescentis in quo habitaret
cubiculo in lectum eius inuitum et reluctantem extorserit
ut incestum patraret. transmisit ad regem libellos uel
ut indices flagitiorum suorum quib; potentissimos quosq; in
uoluerat